

Marcellus pater Pipini tertii, qui cognominabatur Pipinus ¹⁾nanus²⁾,
et avus Caroli Magni. Cum³⁾ autem surrexisset ⁴⁾commotio magna
guerrarum⁵⁾ inter dictos Ragulfredum et Hildericum Francorum
reges et Carolum Marcellum memoratum, idem Carolus in suo ha-
bitu consilio prefatum Coloniensem episcopum b. Agilolphum⁶⁾, de cuius

Passio s. Agil.
Act. P. iul. II, 720.

cat. II. et III.

ipse consilio omnia ⁷⁾disponebat. Concurrentibus igitur ad arma
principibus supradictis missus fuit per Carolum idem beatus pontifex
Agilolfus pro pace tractanda ad partes Ardennie ⁸⁾iuxta monaste-
rium Malmandariense⁹⁾, ubi Francorum castra et exercitus consi-
stebant. Ubi ipse beatus vir per impios Francorum satellites in via
miserabiliter fuit interfectus et martirio coronatus, sepultus in mo-
nasterio Malmandariensi supradicto¹⁰⁾. Cuius ¹¹⁾corpus postea trans-
latum est Coloni¹²⁾ et ibidem in ecclesia b. Marie ad gradus cla-
rens ¹³⁾miraculis honorifice tumulatum. Cetera gesta ¹⁴⁾et virtutes
huius sancti viri in legenda ipsius plenius continentur.

Malmedy.

12) De translatione per Annonem
II. arch. facta agit triumph. S.
Remaci cap. 2. ap. Pertz Mon. SS.
XI, 433.

Rangefredus archiepiscopus Coloniensis XV.

Quintodecimo loco successit in cathedra pontificali Coloniensis
ecclesie venerabilis pater Rangefredus¹⁵⁾.

Hildegerus ¹⁶⁾pontifex XVI.

Sextus decimus accessit ad pontificatum Coloniensis ecclesie ve-
nerabilis pontifex Hildegerus sedens sub Pipino III. Francorum rege.
Iste Pipinus III. qui cognominabatur nanus, pater Caroli Magni
filius autem Caroli Martelli, dum esset vir prudens et bellicosus et
principatum sive dignitatem prefati palatii¹⁷⁾, a qua maiores domus
dicebantur, ipse post patrem Carolum Marcellum strenue administraret,

Martin. 38.

¹⁵⁾ Sequentia in § 6 paulisper mutata: Suborta inter prefatos... pro principatu Francorum discordia.
¹⁶⁾ § 6: Corpus... clarens miraculis a christifidelibus cum devotione maxima veneratur.
¹⁷⁾ add. §: vel Reggfridus, sub Theoderico II. et Hilderico II. a. d. 754.

§ Pipinus deest 1. 4. 4. n) nanus 4. n) surrexit 3. o) guerrarum 2. swavorum (!) 1. p) et
deest 3. q) b. Ag. Col. archiep. pref. 1. r) optima 1. 4. optime 4. s) ardennie 2. 3. t) Malmedy. 2.
u) supradicto deest 3. v) clarescens 2. w) Cuius gesta 3. x) Hilgerus 4. 4. y) palatii 2.